

35

In nomine Domini amen. Nos Semovitus Dei gratia dux Masovia terra nostra disponen-
 minio monasteriorumque et ecclesiarum nostro ducatus subditorum iuxta debitum officii nostri principatus curam debita sollicitudinis cognovimus, indefensam. Notam ergo esse volumus omnibus presentibus, posteris etiam presens scriptum cupimus non latere, quod preposituram Jezoviensem patrum nostrorum piam donationem et fundationem, diversis tamen servitutibus et obnoxietate constrictam, fratresque ibi Deo sub ordine sancti Benedicti militantes, benigno favore prosequamur, divino tandem salubriter edocti consilio precibus reverendi viri Pauli abbatis monasterij Lublinensis, ac religiosi viri Petri prepositi Jezoviensis benignius inclinati ob amorem Dei et reverentiam intemeratae virginis Marie, ob remedium etiam anime nostre, nostrorumque omnium predecessorum et successorum, ob salutem ipsorum fratrum solita pietatis largitate decrevimus commodius providere. Adeoque dictam preposituram in Jezow, et has villas ad eandem antiquitas Gora, Jasien et Mikulino pertinentes, monasterio Lublinensi et fra-
 tribus

tribus ibidem ordinis sancti Benedicti dudum
à patribus nostris collatas et adscriptas, præ
fato monasterio Subbiensi cum omnibus uti-
litatibus quæ nunc in eisdem sunt, et in
posterum fieri sive eveniri poterunt, perpe-
tuo possidendas adiciamus, adscribimus, ratifi-
camus, certificamus et conferimus solenniter,
et confirmamus, in nostram, nostrorumque
successorum curam et tuitionem specialem
recepimus. Et ut hæc donatio nostra et con-
firmatio quam solennis robur in perpetuum
obtineat, in huius rei fidem et testimonium
nostrum sigillum dari fecimus etc. 1336.